Denique, lex fori predicta non præcipit, ut prius deducantur ex fructibus alimenta orphanorum, sed simpliciter expressit, quod tacite incrat, nempe, ut orphani ex fructibus rerum suarum alerentur, unde etiam ipsi non sufficiunt simili alimentis minorum, & decima tutoris vel curatori, eadem dispositio locum habere debet ex identitate rationis eiusdem legis in utroque cauſa concurrentis, ne tutor fraudatus remaneat suo labore.

Tandem, quis unquam dicit, alias impensas necessarias non esse deducendas ex ipsis fructibus, tametsi exigui sint, & pro alimentis minorum insufficientes: si quidem tutor de suo eas solvere minime tenetur? Ergo eodem iure & iustum mercem sui laboris, hoc est, decimam fructuum deducet, cum utrumque si iure deducendum ex ipsis fructibus omnia, ut supra, iure probavimus.

Non etiam obiecto doctrina Vincentii Abbatis, nro. 4. & 6. Cardina, in capit. de rebus, de clericis, presbyt. agrot. qui habet, quod quando redditus ecclesie non sufficiunt praelato & agrotanti, & eius coadiutori, cui alias ex fructibus eiusdem beneficii danda est congrua portio pro labore & suis alimentis, ut ibidem & in cap. 1. §. 2. de clericis, agrot. in 6. & nominat Doctores, in cap. grandi, de supplem. neglig. presb. lib. 6. ex quadam bona exequitate praelatus firmus prefertur, & parochiani compelluntur ad providendum coadiutori: quoniam etiam ea opinio de iuri rigore vera est, cum tam engl. final. teneat expresse contrarium, adhuc nobis non obiectum, quoniam in ea specie non erant alia bona ecclesie, ex quibus praelatus infirmus alii posset, & ideo nimurum si ex redditibus beneficii prius subveniatur ipsi praelato, sanquam titulari & antiquiori: Ceterum in nostro casu minor habebat bona alia forsan mobilia & se moventia, vel saltem stabilia, quibus aliquipotest, quae ex causa alimentorum, & sic ob famem alienari possunt, cum decreto iudicis, iuxta gloss. & ibi communem in leg. ob as alienum, Cod. de pred. & alia rebus min. Non enim mi-

nor locupletari debet, cum aliena iactura, leg. nam hoc natura 40. de condit. indeb. l. iure natura, 207. ff. de regul. iur. Omni enim casu studere debet iudex, ne quis cum aliena iactura locupletetur, tanquam contra naturalem & equitatem, ut ex dictis turbibus deducit Barbat. conf. 36. in fine, & conf. 38. libr. 1. & conf. 16. colum. 6. & 7. libr. 3. 2. quem refert & sequitur. Menothes de arbit. indic. lib. 1. quas. 65. n. 49. ubin. 50. quod sunt partes iudicis adversi iniquitatem suum officium impariti, ut post multos docuit Mar. conf. 6. n. 28.

Sed profecto iniquum esset, quod tutor vel curator, qui utiliter gessit rem minoris, laborem impendens in fructibus & redditibus eiusdem colligendis, mercede debita & à lege taxata, hoc est, decima eorum privaretur, ut minor locupletor remaneret.

Eodem modo respectice respondetur ad id, quod traditur de decima Papali, quod non sit solvenda à clericis, si eorum res adeo sint tenues, ut vix sufficiant propriae & inducita contrarium, ibi, *Manteglos de los frutos.* Hoc namque lex licet presupponat ex fructibus deducit alicuius orphanorum remanere decimam partem eorum pro tutori, & sic fructus sufficiens est scilicet utrumque: si vero solum sufficiens alimentis pupilli, non vero decima tutoris, non negat decimam dandam tutori. Unde cum certum sit impensis, & labore administrationis ex fructibus, ante omnia esse deducenda, ut iure probavimus, manifeste & tutor labore in colendo agros, vienes, & cetera prædicta, & in locandis domibus & fundis suo periculo, & colligendo fructus, & redditus & pensiones exigendo, consequens est, ut prius deducat decimam ei pro labore suo libi à lege delecta, namque impensa necessaria.

Non obstat tamen, quod de iure alimenta debeant solvi ex redditibus & accessoriis patrimonii, non verbo de proprietate, ut in l. Imperator in fine, & ibi, notant Bartol. &c. alii, ff. ad Trebel. leg. sis alimentorum circa fin. princip. ff. sub ipsi pup. educar. deb. l. penitul. in princip. ff. de alim. & cib. l. 6. multo ff. de ventr. in posse. mitt. Baec. dicit. capit. 10. num. 9. & nos allegatione 12. num. 5. sequitur plures reprens & plura inde inferens Petrus Surdus de alim. iurul. 4. question. 6. numer. 1. cum sequentibus, folio 145. Quoniam ut resolvimus, ubi supra, hoc non procedit, quando teftatore est designata certa quantitas pro alimentis: Sed hic lex fori assignat decimam partem fructuum, pro labore administrationis. Ergo haec præstantia est ex ipsis fructibus, & si ex reliquis fructibus hereditatis non remaneat congrua sustentatio.

Quia tunc bene potest vendi proprietas minoris ad eum sustentandum, ne fame pereat, precedente causa cognitione, & decreto iudicis, & ita in practica obseruat, ut resolvimus allegatione 14. num. 6. & probat non vissime alias allegans Petrus Surdus, ubi supra, num. 28. cum sequent. folio 145.

Secundo, dispositio dicit l. imperator, §. 5. cum communi, non procedit, quando ipse met, qui datus est alimenta, & tamen aliud ex illis: tunc enim permisum est, rem rendere secund. I. mol. in dicit. l. imperator, quem refert & sequitur Baec. d. cap. 10. num. 3. Ergo cum deducta decima deficiunt fructus, ex quibus possit se pupillus alere, poterit res proprias venderet, eum decima fructuum debita tutori fit, ut etiam in lege iussum prestari, ob causam onerosam (hoc est) ratione laboris.

Terzo, non procedit prædicti oppositio, quando ministri domini rei sunt aliendi: tunc enim obligatus est dominus res proprias vendere, ita Angel. in l. Divus, ff. de pet. hered. Alexand. in dicit. l. imperator, num. 5. Baec. d. cap. 10. num. 4. Surd. ubi supra, fol. 146. in fine. Ergo cura tutor sit, ut minister, omnia enim curat, & in omnibus, ut ministris se præstat, ei decima ex fructibus debetur, etiam si reliqui fructus aliendo pupillo non sufficiant: si quidem tutor ex prædicti decima aliendus est: nec satisfacit responsio eiusdem Baec. d. cap. 10. num. 17. vers. si mister, nempe: quod pupillus non teneatur alimenta, nec decimam præstare tutori hoc namq; verum non est, cum immo ipse tutor eam capere possit ex fructibus bonorum pupilli, ut in d. l. fori.

Quarto respondetur, quod tamen aliqui est prædicti sententia portio pro alimentis, ex fructibus aliquius prædicti ad id designati: tunc namque si prædictum illud non reddit tot fructus, quanta est portio, debent sup-

pleri

## De Tutelis &amp; Curis, Pars III. Cap. XII.

etiam & partem administraverit, nam neq; huius pars decimam habebit, ut in nro. 3. sed contrarium, nro. 5. & procedit etiam si ex cessatione tutoris nullum damnum obvenient pipilo, ut nro. 9.

2 Legatum censetur reliquum tutori pro administracione.

4 Hic committens fraudem in rebus hereditatis, priuatur quartu Falsicia in omnibus.

5 Salarium promissum ad vocato pro victoria plurium causarum, an proportionabiliter debetur pro ea causarum qua vicit, sicut in aliis vincatur, & quidam suis culpa fecit adimplere officium, nro. 7.

7 Advocatus, Docttor, vel potestas, cui constitutum est certum salarium pro suo officio, & per eius culpam fecit non implere officium, an privatore hoc salario tempora, an solum temporis suarum, quoper eum stet?

8 L. etiam si partis ff. de legi. i. intellectu.

10 Decima debet tutori omni in modo administratio regi in reliquo diligens fut.

11 Decima non debet tutori non gerenti, qui absit causa re publica: nisi ab entia esset modice temporis ut in num. 12. vel usus pupillo, & pro ipso in num. 13.

14 Decima non debet tutori, qui casu fortuito impedire non administravit.

15 Decima debet tutori, vel curatori, qui non administravit culpa minoris, quod forte cum vulneravit.

16 Decima debet tutori non gerenti per se, sed per alium.

17 Decima debet tutori vel curatori, cui ex pluribus factis commissa administratio per indicem, & ceteri non administrantes, nullam partem decimam consequuntur, id est si plures sunt tutores vel curatores, & unus gerit, & aliis non, ut in nro. 18.

19 Legatum reliquum pluribus tutores, velle sequitur testamenti, & unus gerit, alter non gerens consequitur solidum legatum, & alter non gerens, neque heres, non.

## CAPUT XIII.

An tutori non gerenti fit danda decima?

Puribus modis, & causis contingere potest, quod tutor vel curator, quamvis vere talis sit, & omnia solemnia obseruant, nihilominus tamen non administraverit. Queritur ergo, an tunc ei debetur & danda sit decima, nonne? Et ut magis perfectam cognitionem arque specificam habeatus, sigillatim per conclusiones procedendum est.

Sit prima conclusio: tamen non gerenti non est danda decima. Hoc conclusio verissima primo efficitur a ratione legis fori celsante, quae propter labore rem iubet, atque permittit tutori decimam fructuum, sibi capere: Celsante igit ratione legis, celsare debet & plius dissipatio, adiuge, & quamvis ff. de sur. patr. cap. cum celsante, de appetat, cum similis.

Secundo, tamen conclusio probatur, quia legatum censetur relictum tutori pro administratione, l. Nefenius, ad. si. in l. sc. hac num. ff. de executa, int. & in leg. quod autem ff. eadem int. & in l. tutor, §. que tutores, bus, & eodem int. diximus, late sup. in hoc tractatu, par. 3. cap. 5. n. 15. Si ergo tutor non administrat, legatum non consequitur, ut in dicit. leg. Nefenius, & in Lamessimo, ff. eodem titul. cum simil. refert plures Baec. de decim. int. c. 11. num. 1. vers. & nominat dicionem etiam ubi supra, nro. ergo nec decimam.

Tertio, quia sic etiam exsequitor testamenti non exsequens voluntatem defuncti, non consequitur legatum, nisi

summaria.

us dicimus infra, C. de exequitorie testament. an ei danda sit decima?

Sic etiam trigesima, quia iuri Neapolitano dari solet, non datur, non administranti, ut scribit Affl. in consuetudine. Neapol. titul. de iur. baliu. num. 9, quem ad hoc referat Baec. dicit. cap. 11. num. 4, ubi & in numeris sequentibus. Plura alia similia congerit ad confirmandam hanc primam conclusionem, que quidem ut primitius verissima est, & tenenda in terminis, de quibus agimus ex supra dictis, quam ipsi Baeca tenet, & probatur eis, num. 9, nominatum in tute, ut ex consuetudine dantur fructus, ut si non administraret, ipsos fructus non lureretur, hoc tenementum Paulum Caltreum. conf. 374. super ijs dubiis, num. 2, lib. 2, ubi exemplificatur in tute remoto a tutela ob delictum, non tangens administrationem patrimonii pupilli, ut hic non debet carere lucro fructuum ratione administrationis, & laboris sibi a consuetudine concessio, nisi a tempore, quod per sententiam fuit remota a tutela, quia cessante administratione, & labore, cestare quoq; debeat in consequentiā & lacrum, ut in S. Seo amico, in fin. princip. ff. de annis legat, & quid notatur per Cyn. in l. final, in fin. Cod. de in- diti, vid. tollend.

3 Ampliatur † primo precedens prima conclusio, ut procedat, ne dum si huicmodi tutor, vel curator omnino non administraverit, sed etiam partem rerum pupillarum administraverit: Nam eius quoque pars, quam administravit, decima fructuum privandus est, argumento rex. in leg. etiam si part. ff. de legat., ibi, etiam si parta bonorum se excusaverit tutor, puta Italcarum, vel provincialium rerum, totum, quod est testamento datum est, & non debetur. &c. Si ergo quando se excusat tutor ab administratione partis, non consequitur partem ullam legati, & sic, quando definit administrare sine culpa a fortiori, idem erit dicendum, quando culpa definit administrare. Cum igitur decima decur pro administratione totius patrimonii deficiat, si tutor partem eius non administraverit, amitteret totam decimam.

4 Ex hz † ampliatio probatur efficaciter ex text. cum gl. in aut. de heredib. & factic. §. famicis, ubi quod he- res committens fraudem in reb. hereditatis privatur quarta column, non solum in eare, in qua column commis- sit, verum etiam in ceteris aliis, quem text. ibi ad hoc no- tant D.D. & Bar. Paul. & Alex. in l. Pauli. ff. ad l. Fact. & in l. benefic. ff. eod. ist. & Baec. d. 11. num. 12, qui an. 10. cum seqq. haec ampliatione probat & tenet.

5 Sed † adhuc contraria sententia, huic ampliationi nihil placet. Imo, quod si negligenter, vel culpa tutoris vel curatori in aliquare, vel aliquid tempore notariatum possit pro rebus, vel tempore bene gessis, danda sit decima, argumento doctri Bald. in l. unic. num. 8.

6 C. de suffrag. ubi tenet, quod si † salarium promissum est ad locum pro victoria plurium causarum, scilicet in una vicisse, ut proportionabiliter debetur, nisi negligenter unius temporis, vel unius rei, nocet illi tem- poris, tunc pro toto tempore tutor amitteret salarium, arg. doct. Bart. in l. 1. 5. Devo. num. 19. ff. de varis, & extraord. cognitio: ubi querens, an ad vocatus, do- tor vel potestas, cui constitutum est salarium pro suo officio, per cuius culpan stetit a dimicere officium, pri- vetur ex hoc salario rotius temporis, an solum tempori- sis futuri, quo per eum, vel eius culpam stetit. Repon- det, quod quem est officia, ita individua, quod aliquo omisso non relevat, quod est factum, & tunc totum salarium redditum: si vero est officium, quod pro capite tem- poris, quo est prædictum, præbet utilitatem sui, ut in of- ficio advocati, potestas assessoris & doctoris, & tunc debet habere pro preterito tempore, sed pro futuro tempore tenetus alteri parti ad interesse. Cuius distinc- tionis primum membrum sequuntur Curt. l. un. num. 45.

7 Limite † hanc conclusionem, quando absentia efficit modicum temporis, causa reipublicæ, vel privata, dummodo interim rebus administrandis gestorem sui loco reliquerit, qui suo periculo recte administraverit, quod tempus arbitrio judicis relinquitur. Non enim omnia, ita ex integrō iudicanda sunt, ut qui cadit a syllaba, ca- dat a causa, sed sequitur & Epicheira naturali tem- peranda sunt.

Secundo † limitatur prefata secunda conclusio, quā-

do absentia tutoris vel curatori, utilis est pupillo, & pro ipso: tunc enim decima est ei danda. Nam canonici pro utilitate sue ecclesie absentes habentur pro praefatis bus, & lucrantur fructus, ut in cap. cum non deceat, & ibi Doctores de electio. lib. 6. & tunc fraternitas de cleris. non res. & alibi seqq. Ita in terminis tenet & recte probat Baec. d. 11. num. 37. ad fin.

8

Tertia † conclusio: Tutor vel curator, qui casu for- tuito impeditus fuit administrare, & revere ob id non

administravit, non consequitur decimam, iuxta dictam

rationis debet esse immutata, sed hoc debet intelligi, ut in num. 10.

7 Rationes exigere vetitum, non impeditur reliqua exigere, neq; dolosesta nisi in causa de quo hic intellige tamen, ut in num. 11.

8 Legari potest tuori damnum, quod ipse senserit ex tute- la, sed intelligi, ut in num. 12.

15 Dolus futurus administrationis commissus in remitti remitti potest.

16 Pater legitimus administrator amittit administrationem, si male gerat, aut dolus seu negligentiam com- mittat, & sic per ditum si nullum sit alias competen- tem ratione patria potestat.

17 Salarium non datur pro inaniit, sed quia quis bene & nuliter gerit.

18 Tutor malus non est tutor, sed prædator.

19 Decima, an sit danda tutori vel curatori male partim administrationis, & parum bene? & num. 19. q. r. reficitur num. 23. distinguendo limitans distinctione dubius mo- di, ut in num. 24. & 25.

20 Potestas recedit per unum mensum antequam debeat, nihil habere debet de salario, sed contra, num. 26.

21 Administrator recipi publica negligenter seu dolose admi- nistrans, privatur omni salario, sed intelligi, ut in nu- mero 27.

22 Famulus recedit a servizio domini eius culpa ante tempus conventum, amittit salarium, sed contrarium est verius, ut in num. 28. intelligi & declarata, ut in num. 29.

23 Aff. for. qui sua culpa in medio officii removetur, pro quo tempore debet habere salario.

24 Famulus recedit a servizio domini eius culpa ante tempus conventum, salarium consequi debet.

25 Decima fructuum non privat tutor vel curator, eo quod minor em in domo sua non aluerit, an modo ei alibi alimenta praesertit, vel per eum non peterit, quo minus praesertit.

26 Decima non datur tutori neganti se esse tutorum, ac proinde alimenta non danti.

27 Decima non datur tutori vel curatori, damnatoratio- ne dolis negligenter minor iurare fructum, vel in- teresse, & ut sit.

28 Decima debetur tutori vel curatori, remoto ex causa inimicita, vel paupertatis, si ambo pupillum, nec e- jucepsit, & sic de similitudine.

#### CAPUT XIV.

*An tutori vel curatori male gerenti, sit danda decima?*

Tutor vel curatori male gerenti, non esse dan- dam decimam fructuum, nec redditum bonorum minoris, vel ratio ipfa jure nixa dicta sit videtur, ut ex pluribus ostendit, & probat gloriator legis fori, de hac re loquentis, nempe Caspar Baecca, in tract. de decim. tutor. cap. 13. num. 1. cum sequenti. Præcipua tamen hujus sententiae fundamenta haec sunt. Primo text. in l. quid autem. 3. sunt illi præcedentibus, ff. de excus. tutor. ubi inquit, probari, quod si aliquid relinquitur legatum, pro administratione tutela, si male eam administrat, non de- bet illud consequi, quod videtur probari, in illis verbis: sed contumaciam punienda est ei ejus, qui quodammodo le excusat. Allegata idem, l. etiam si part. ff. de leg. 1. qua est l. 1. 14. in ordine, ubi dicuntur, quod etiam si partis bo- norum se excusaverit tutor, totum, quod testamento da- tum est, ei auferetur. Bonus text. in ius. lices, C. de episc. & clericis, lib. 3. h. 1. qui facere iussi sunt, neglexerint, amis- sunt lucrum, quod eius contingebat. Ex quibus jurisbus me-rito deduxit communis Doctorum sententia, quod sa- larium non debetur, culpabiliter vel dolose administranti,

ne plures allegant, resolvit Baec. d. 13. num. 2.

2 Y Sicc

Sic si tutores vel curatores recelerint animo depravandi minores, (quod colliguntur, si bona pupilli converterint in suam utilitatem, vel si denegent rationem reddere) nou possumus repetere expensas, etiam si fuerint utiles pupilli, nisi appareat pupillum factum fuisse locupletiorum, ut notas Bald. & Pauli, num. 3, per text., ibi, in l. supradict. s. sed & si quis, ff. de negot. gest. quos referit & sequitur Baec., d. cap. 13, num. 4.

4 Sic tutor, cui legatur omnis summa, in qua dicitur, non debet ex administratione, non consequetur ea, quae debuerit ratione dol, text., in l. quidam decedens in primis, 6. ff. de administr. sue, tenet Salyc. in l. cum necessitatem, n. 1. Cod. de fideicommiss. plurim. refren. Baec., ubi supra, n. 5. idem latius, c. 2. num. 162, ubi dicit communem, decimus supra & simil. in hoc tral.

5 Dolus tamen enim futurus remitti non potest, l. s. i. n. 5. illud, ff. de p. l. ne de curia materia delinquendi, l. convenient., ff. de p. l. dotal.

6 Sed ut plenius materiam declareremus, & haec assertio solidior in proposito remaneat, explicitabimus nunc difficultates, quas habet, & video adduco: Primo contra hanc communem resolutionem & generalitatem, text. dicit, l. cum necessitatem, ubi dicitur, quod voluntas testatorum remittentis necessitatibus reddendae rationis debet esse immutata.

7 Secundo fortius adduco, ff. text. in l. quis rationes, 10. ff. de liber. legat. ubi supradict. quod si quis rationes exigere vult, non impeditur exigere, quae quispius reliquavit, neque si quid dolo fecerit, qui rationes gessit, quod si quis & haec velit remittere (& nunc urge difficultas) ita debet legare: damnas esto heri meo, quidquid ab eo exagerat illa vel illustratione, id everti tamen, vel actionem revertere, Ex quo text. Dyn. in d. l. cum necessitatem, hoc confitit, quando testator primo tutori legaverit liberationem tutela, & subiungat, ut quidquid apparuerit tuto-rem debere ex illa administratione, eidem legat, aut quod etiam pupillum gravare poterit, ut tutor id reflectat, quam opinionem probavit Raynerius de Forliuio in dict. leg. sequitur, & ante Dyn. Eadem opinionem tenuit, in dict. l. cum necessitatem, n. 1. & sequitur Angel. consil. 102. testatur Curt. Sutor, consil. 6. num. 8. Alexand. consil. 54. s. 6. lib. 2. Corneus consil. 10. libr. 1. atque ita id sepe fieri exulta affirmat Salyc. ubi supra, tametsi existimat, hoc in grave damnum pupilli constingere, & video, ut prediximus, tenet priorem opinionem contra Dyn.

8 Tertio contra prædict. tamen communem resolutionem obstat videtur, d. l. quidam decedens, ibi damnum vero quodquid, ex tuelam quis serficit, & legari & per fiduciam missum ex reliquo potest.

9 Nihilominus tamen his non obstantibus prædict. communis resolutio vera est, & tenenda in judicando & confundendo: imo quod etiam si legeret tutor vel curator omni summa, in qua debitor fuerit ex administratione futura, non conferatur ea, quae debuerit ratione dol futuri, qui remitti minime potest, quoniam etiam sequitur atque communem & magis communem plurimos congerentes tauri & affirmat Padilla in d. l. cum necessitatem, num. 2. Cod. de fideicommiss. & ab ea non esse in judicando recessum secundum, Decimum consil. 12. num. 4. & opinionem Dyni contraria minime esse communem, ac potius abhorre ab omni exequitate, & communione sequitur affirmat Alciat. 6. presumptione, prima regule, num. 2. & communem esse testatur Gualden. de art. et f. l. l. t. 7. c. 1. 2. num. 2. & Doctor Covarr. libr. 2. variar. r. s. l. cap. 1. num. 3. quicam sequitur & Gregor. Lopez. in l. 29. tit. 11. pars. 3. gloss. 1. canique ante omnes videatur sensisse gloss. in dict. l. s. qui decedens in princip. ver. serficit, quam dicit esse communiter approbatam Joan. Crotus, in l. nemo potest, num. 56. ff. de legat. r. quem ad

hoc referit & sequitur ac ceteros præcitos Padill. ubi supra, ad fin. num. 2.

Modo non obstante superius allegata in contrario, & non quidem primum, hoc est, d. l. cum necessitatem, quia intelligitur in remissione tutela praterita: future namque legari minime posse certius est, & glo. a. vers. tibi, intelligit, tutori quandam vel curatori, vel cuiuslibet administratori.

Non obstat etiam, s. dict. l. s. qui rationes, in verbis superlati, quia intelligitur in dolo praterita, non vero in futuro, qui remitti minime potest, ista Bart. in l. Anrel. 5. Caino, num. 2. ff. de liber. leg. sicut Bartol. in dict. leg. quidam decedens oppositione. Et hinc in intellectum, ad illam 1. testatur esse communiter approbatum cum sequitur Alex. consil. 62. num. 7. volum. 4. & Segur. in l. sex legati caufa, num. 3. ff. de verb. oblig. & ex eis P. Adilia, ubi supra, dict. num. 2.

Non etiam obstat tertium, & nempe, dict. l. s. qui dece-12 dens in verbis supra expensis, quia ad diminutionem patrimonii, quam propter tutela occupationem quis patitur, referenda sunt. Illam enim potest testator legato compensare vel fideicommissio, ita Salyc. in dict. l. cum necessitatem, ubi dicitur, quod voluntas testatorum remittentis necessitatibus reddendae rationis debet esse immutata.

Operabunt ergo verba illa a testatore prolatas in hac specie secundum Salyc. ubi supra, remissam videri scrupulosam rationum inquisitionem. non vero remissionem dolis futuri: nec etiam remissionem ejus, quod apud tutorem vel curatorem aliquum administratorem remittere ex rebus pupilli vel domini, ut resolvimus ubi supra.

Unde per prædict. verba tamen non censetur remittere testator res illas, pro quibus testator posset agere ei vindicatione. Ita limitat glossa 3. text. illum in dict. leg. cum necessitatem, allegans quidam iura: sed est text. certioris præstantior pro hoc in leg. Aurelio. §. Mavia. ff. de liber. leg. & ibi, sicut glossa, verb. pupilli, quae juncta suo textu est singularis, secundum Bald. in dict. leg. cum necessitatem, num. 2. inde inferens, creditorem generaliter legem suis debitiborum liberationem, non videri illis remittere actiones reales rerum, quas illi possident. Idem quoque ex eodem text. voleat idem Bald. etiam si liberatio huiusmodi fiat inter fratres in leg. palium, 12. quod. Cod. de collat. f. s. in l. sub praetexta, 2. num. 3. Cod. de transact. & in princ. Institut. de al. num. 102. & ibi. Gor. plures allegant, num. 69. D. Covar. libr. 2. variar. r. s. l. cap. 14. num. 1. & probat late P. Adilia in dict. leg. cum necessitatem, num. 7. ubi limatur, quoniam huiusmodi de liberatio patrum, qui tutelam curante filii gessit: huic namque etiam actiones reales remissa videbuntur, per text. mirabilem secundum Bartol. ibi, in l. dominus. §. servus. ff. de p. cul. leg. & probatur in d. l. Avar. §. Tit. Idemque in matre decendum erit, ut infra dicimus.

Sic etiam tamen non censetur remissum, quod ex reliqua ratione abeatur, ut in d. l. quis rationes, nisi hoc quoque de reliquatione remittatur, ut in dict. leg. s. qui rationes, in 2. part.

Dolus tamen futurus administrationis commisus in 15 omissione, remitti potest, quoniam tamen hic longe levior est illo, qui in faciendo committitur, juxta gloss. vulgaris, nisi mor. a. ver. ne facio, ff. solut. matrim. & in l. mora, vers. penul. ff. de s. sur. & in l. penul. ff. de dubio reis, quorum opinio communis est, ut ex aliis affirms Padilla, ubi supra. num. 4. qui ex hoc hanc observationem, de qua agimus, nuncupatus probat.

Remanet igitur firmissima conclusio atq; do Crisina, quod tutori non possit remitti dolus futurus in administratione, neq; ei legari, quod ex dolo administratione debere ipsum contingit. Ergo tutori male vel dolose gerenti, non est danda, nec debetur decima.

Quod

16 Quod etiam tamen probatur, quia ita etiam pater legitimus bonorum filii administrator amittit administrationem, si male gerat, aut dolum seu negligientiam commentat, & sic perdit fructus sibi alias competentes, ratione patris potestatis, in l. Imperator, & ibi notar. Alexand., num. 6. ff. de Trubell. refert plurimos hoc tenent Baec. de decimatu, dict. cap. 13. num. 8. & diximus supra hoc eadem tractatu.

17 Denique salarium tamen non datur pro inani titulo, sed quia quis bene & utiliter gerit, & bene satisfacit officio sibi in juncto, secundum Ioh. de Plate, per text. ibi, in l. num. 1. Cod. de ann. civili. libr. ex iuribus, de quibus ibi, per eum.

Tandem accedit pro hac parte non infirma ratio, quoniam tutori & curatori datur decima proper laborum administrationis, ut caverit in for. de hac re agente: sed malus tutor laborat, ut perdat pupillum, & sic contradicit intentioni & fini legis, datus deciman ob laborem administrationis, quam recte & fideliciter exercere tenetur, prout juravit, quando filii decretae sunt & eius administratione. Ergo præmixto gaudere non debet, quia deficit ratio finalis ipsius atque anima, ac proinde & dispositio ejus non debet habere, cum deficient verbis & ratio finalis legis.

18 Ultimo considero, tamen non debet tutor non est tutor, sed prædict. ut in leg. qm fundum, §. Tutor, ff. de officio p. ami. l. in for. qui adulatutem, ff. de administr. tutor. Ergo deciman habere non debet pro mala administratione, sed potius pena digna est.

Quod si alius dicemus, tutores & curatores quotidiem minores suos spoliarent, cum scirent, ita esse præmixto decimam afficiendos male administrantes, sive bene gerentes. Et ita merito Paulus Castren. consil. 274. num. 2. in 2. part. consil. tenet, quod tutor malo, non est dandus premium fructuum a statuto propositum, quem refert & sequitur Baec., dict. cap. 13. num. 6. qui à num. 1. cum sequentibus, sicut etiam num. 17. inclusivè hanc partem & sententiam respectu decimæ late probat, & resumam reputat, nempe ut malo tutori non sit danda decima.

Idque intelligendum est à die, quo male administravit, & prædict. est, non expectata postulatione, vel sententia, sicut pro omnibus tempore, quo male administravit, deciman habere non debet, ut ibidem late probat, num. 21. cum seq. 7.

19 Quid ergo erit, si tutor vel curator male partim administravit, & partim rem bene gessit, an debet habere deciman & sic salarium solum pro tempore, quo recte gessit, nec non?

Et quod nullius temporis deciman habere debet, persuadere videtur sequentia. Primum. lexiam si partis, ff. de legat. s. ubi tutor excusat se ab administratione remissione existimat in aliqua provincia, licet admittat res alterius provinciæ, amittit solidum legatum, sibi ob administrationem omnium rerum pupillarium relatum, nec aliquid consequitur ob partem rerum, quia bene administravit. Ergo idem dicendum videtur in nostris species, cum valeat argumentum de re ad tempus, leg. milo ita, §. & quia decima, & ibi Bartol. & Doctores, 20. ff. de testament. militi, late Everard. loco 39. & ex illa leg. etiam si partis, inquit Bald. ibi, esse argumentum, quod si potestas recedat per unum mensem, antequam debeat, nihil habere debet de salario totius temporis, quem refert Aviles in cap. 1. pretor. in gloss. salario, num. 12. & Baec. d. cap. 13. num. 28.

21 Secundum, i. judic. C. de an. & trib. lib. 10. tibi dicitur, quod administrator reipubl. negligenter seu dolose administrans, privatur omni salario, etiam temporis præteriti, quo recte administravit.

22 Tertium, alia i. fori, nempe 8. tit. 4. lib. 4. fori, ff. E. si

manteb, quæ disponit, quod famulus recedens à servitio domini suæ ejus culpa, ante tempus conventum, amittit salarium, & in super tantum deire edderetur, quem opinionem etiam jure communi attento, tener Jacob de Nigris & cum referens dicit veriorem, equorem, prædictaque fori probat Joan. Orof. in l. diem fundo, num. 14. ff. de officio asselli. & eam s. per dict. fori Dida. Per eum in leg. 1. tit. 1. libr. 1. Ordin. colum. 2. statim post princip. & D. Azeved. in l. 9. tit. 15. num. 14. libr. 1. Nova Collect. Reg. ubi quod hoc maxime procedit attento, 2. zo. libr. 6. Nova Collect. Reg. que præcipit, puniri famulos à dominis recedentes, absque coram licencia, penit. de quibus, ibi. Ergo ita etiam tutor vel curator, ad tempus male administrans, non debet habere decimam, & sic salarium etiam temporis, quo bene administravit.

Nihilominus tamen in specie nostra questionis 25 contraria sententia verior & equior est, atque tenenda in judicando & consolendo. Imo, quod tutor vel curator male partim administrans, & partim bene, debet habere decimam fructuum & reddituum pro parte temporis, quo bene administravit, non vero pro illo tempore, quo male gessit in officio, qui si culpa in medio officii removetur, ut pro tempore, quo non commisit culpam, debet habere salarium, & pro tempore futuro, quo culpam commisit, teneatur ei, qui conduitum ad interest, tunc Bortol. in leg. Mexia nepot. in principio numero 3. ff. de annis legat. idem Bartol. in l. 1. §. Drus. numero 19. ad fin. ibi, vero ff. de var. & extraordin. cognit. idem Bartol. in leg. diem fundo, numero 3. ubi Dolores, ff. de officio asselli. & allegans alios Baec., dictio capite 13. numero 31. ubi alii juridicis fundamentis confirmat, & tandem, numero 33. cam probat in terminis tutoris vel curatoris, qui solum in aliqua re, vel aliquo tempore notari possit negligens, vel culpa dignus, ut pro eo tempore, quo bene gessit, ei si danda decima, ex Paul. Calfreys dicto consilio 274. super iusta datum in principio lib. 2. tenente, quod tutor debet habere fructus pro tempore, quo administravit, licet postmodum removetur, dummodo non removeatur ex dicto suo.

Limitatur tamen præcedens sententia, secundum 24 Bartol. ubi supra, ut non procedat, quando negligientia unius temporis, vel unius rei noceret aliis temporibus aliis rebus, tunc enim pro tota tempore amittit decimam, ut in salario officii etiam individui, quod aliquo officio, non relevat, quod est factum, senes Bartol. in dict. leg. 1. §. Drus. numero 19. ibi, repondo, quoniam sunt officia, quoniam sequitur in d. l. diem fundo Curt. Iuu. num. 45. Sapia & Orof. num. 28. in fin. & nos quoq; sequuntur sumus super hoc cap.

Limitatur tamen præcedens sententia, secundum 25 Bartol. ubi supra, ut non procedat, quando negligientia unius temporis, vel stupratum pupillum, ut ibi late probat.

Tercio limitatur, quando tutor prædicti animo remissum stupravit pupillum, vel stupravit pupillam, ut ibi late probat.

Non obstante modo adducta in contrario: & non quidem primum, hoc est, lex etiam si partis, ff. de legat. 26 s. qui respondens, ut supra hoc eadem cap. Nec doctrina Baldi, potestatis recedentes ab officio per unum mensem, antequam debeat, quod nihil habere debet de salario totius temporis, qui non est vera, nec iuri auctorati confona, & ita merito contrarium caverit in leg. 10. tit. 16. libr. 2. veter. Ordin. hadie, leg. 6. ibi, Salvo por el tempore que si viererit, esluviens praefacti tit. 1. libr. 2. Nova Collect. Reg. nempe, quod non recipiat salario, nisi pro rata temporis residens: quam leg. ad hoc citat A. viles ubi supra, & est expressa: & præter amissionem salario temporis absentis puniuntur pena dupli pro fin.

gulis diebus ultra casus permisso, ut in fine d. Regie, cuius dispositio non corrigitur per pragmaticam novam de Madrid, anno 1535, hodie leg. 7, etiam tam iuris, lib. 2. *Nova Collect. Reg. 161.* *Nisi secundum consilario alij, quia est intelligenda juxta, precedentem, scilicet temporis absentia, quia dicitur, non venit ad correctionem dicitur, sed potius ad angendam penam ipsius, ut conflat ex ea causa, et praecepit: Que luego nos lo bagan fabar, a costa del salario del Corregidor: Ergo lucratur salario pro tempore residente praeterito.*

27 Non obstat etiam i. iudicis i. Cod. de ann. & trib. lib. 10, quoniam loquitur in praedictis provinciis negligebus in proficidis aerarii Calati compendiis, hoc est, imponendis & exigendis. Unde nimis, si in rem gravi tangente aerarium Imperatoris negligentes omnibus emolumentis priventur, atque ea redire compellantur: fecerunt vero eritis tangentibus privatos, hoc est, pupilos, quorum administratio & defensio tutoribus & curatores competit.

28 Tertium quoque d. 2. tit. 4. lib. 4. si fori non obest: quoniam i. illa non habet vim obligandi, nisi quatenus uero & confusa dñe probatur esse recepta, prout est regulare in omnibus i. fori, iuxta communem nostrorum resolutionem, atque ea certissimam. Doctores autem tenentes, famulum recentem a servizio domini abf: ejus culpa, antet tempus conventionis, amittere salario temporis præteriti, nobis non novent, qua ut plurimum nituntur auctoritate d. 1. fori, que nisi fuerit in uero, nullam vim habet, ut prædictum. Deinde ipso iure communi intento contrarium confeo verius & tenendum, nempe ut famulus in prædicti specie non amittere salario temporis, recte serviri & ita dictis aequitas, ut probavimus: tum etiam ex text. in leg. quid amst. ff. de excusat. tutor. ubi tutor male administrans amittere premium sibi relictum pro administratione, etiam pupillis interesse cessationis receperit, quoniam contumacia ejus, qui non gesit, pertinet ei, & ex i. si plures 2. in fin. ff. de administr. sui. ibi cum enim pro r. aequali, contumacia punitur, qua forte poterit hoc desiderare? nempe, ut pupillas tutoris ratione vel culpi damnato aliquam summam pupillo solvere fuisse, cedat actionem conturorem: ergo minus poterit tutor male gerens petere decimam a pupillo: Accedit etiam quod ratio d. 1. fori, dantis decimam tutori vel curatori, est pro labore ipsius in administratione impenso: condemnatio autem fit pro negligentia. Ergo ex fructibus vel redditibus, quos solvit ex negligentia non deducet premium, quod datur propter diligentiam & laborem. Tandem ipsa ratio hoc idem dicit: decima namque non datur tutori vel curatori, eo quod lucrum cessans aut damnum emergens solvat pupillo, sed quia tutelam administravit, quod patet, quia de iure civilitudinum refarcire tenetur pupillo damnum obveniens velluerum cessans eiusculpa dolere, ut supra non semel hoc libro diximus, & tamen nullum salario eidem debebatur nec dabatur. Ergo diversa haec sunt, & quamvis hi fructus vel redditus ratione male administrationis & cessationis succedant in locum eorum, quos res pupillaris redidisset, si recte a tutori vel curatore officine gereretur, nihilominus deficit labor & industria tutoris & curatoris circa hos fructus vel redditus, sic deficit ratio, ac d. leg. fori, deciman præbentis huiusmodi administratori ratione laboris. Nec solvere hos fructus vel redditus ratione sua in i. administratione & negligentia atque cessationis, est poena, sed restitutio debiti. Unde merito, quod ob dolum prædicti vel cessationem puniatur in ammissione decimæ, præter fructum & reddituum restitutionem, ratione iuris, a se caussatae in minoribus, quod recte censur, & ex predictis probatur Bacc. d. cap. 13. num. 39, cum seqq. usq. ad num. 46, exclusive.

29 Poterit præterea dominus justè pretendere a famulo sic recente ante tempus, & line eius licet, id quod ab eam causam sua interfit, utpote si alium famulum tamloco recentem accepit, majori mercede confituta, quam convenerit a cum primo, quia reperiit maioris non potuit, argumento doctrina Bart. in. *Alexia neptem, in princip. num. 3. ff. de ann. leg. cum simil.* Et in hac specie poterit hoc interesse, non tamen confitum, nec procuratum, aut dolo vel lata culpa aucta a salario præteriti temporis deducere, reliquum vero famulo sol-

vere tenetur. Ceterum si sua nihil interfuit vel interest, ut puta, quia illo famulo opus non habeat, vel alterum eadem mercede receptor vel recipere possit, non video quo iure aut qua securitate conscientia possit salarium & sudorem huius famuli recentis, id est dominus fibritiner data vero domini culpa in predicta, recessu procul dubio famulus salarium consequi debet, secundum Montalvo, in dicitur, i. e. gloss. *Sin sic culpa. Et A. eved. ubi supra num. 15.*

Non tamen in ammissione decimæ erit tutor dignus vel curator, eo quod pupillum vel adulterum in domo sua non aluerit, dummodo ei alibi alimenta præstiterit, vel per eum non præsterit, que minus præstaret, ut in simili luce fructuum minoris notat & probat Paul. Castrensi, dicitur, consil. 374, super istis dubiis, in fin. lib. 2. quae sequitur Chassan, in consuet. Burgund. rubr. 6. §. 4. verb. usq. numer. 8. & Bacc. dicitur, cap. 13. num. 35, ubi ex hoc idem terminis nostris i. fori in decima fructuum loquentiis demobat.

Quod si tutor negaverit se tutorem & ex consequenti non datur alimenta pupillo, decimam habere non debet, secundum Paul. Castrensi, ubi supra & Bacc. num. 36.

